



**Constitviones Societatis Iesv**

**Ignacio <de Loyola>**

**Romae, 1570**

Qvi Debeant Congregari. Cap. III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](#)

**QVI DEBEANT CON-**  
gregari. Cap. III.

**N**ON omnes, qui sub Obe-  
dientia Societatis viuunt;  
A nec Scholastici approbati, \* ve-  
rū Professi duntaxat, & præte-  
rea Coadiutores aliqui, si ita expe-  
dire in Domino videretur, sunt  
ad Congregationem generalem  
conuocandi; & quidem ex his  
non nisi qui commodè venire  
queant. Non itaque infirmi ac  
valetudinarij, nec qui in regio-  
nibus remotissimis agunt, ut in  
Indijs; sed nec illi, qui præ mani-  
bus negotia habent magni mo-  
menti, quæ absque graui incom-  
modo deseriri non possunt, conue-

**IN Caput**  
**III.**

**A § C**um vocat  
Congrega-  
tionem qui supre-  
mam in Societate  
curam habet; eius  
erit iudicium, num  
aliqui, qui profes-  
sionem trium vo-  
torum solemnium  
emiserunt, vel Co-  
adiutores nonnul-  
li ad conferendum  
cum eis de rebus,  
quæ in Congrega-  
tione tractādæ sūt;  
venire debeant.

Hoc enim aliquan-  
do conueniens fore videtur; præsertim si Rectores Colle-  
giorum, & corum Procuratores, aliisque officiales, quibus  
optime perspecta erunt, quæ ad ipsorum officia pertinent,  
vocentur. Possent etiam huiusmodi officiales suffragium  
actuum & passuum ad reliqua habere; præter quām vi  
Professis quatuor votorum præesse possint. Si Cōgregatio  
ad electionem Generalis indicitur; nullus, qui quatuor uo-  
ta solēnia in professione non emiserit, suffragium actuum  
aut passuum ad huiusmodi electionem habere poterit.

**B § Pr-**

nient. Pendebit autem hoc ex iudicio Præpositi Generalis, si is ad Congregationem conuocauerit; vel eorum, qui cōgregati in singulis Prouincijs fuerint, ut venturos ad generalem Congregationem eligant. Verūm ut certa aliqua ratio præscribatur; cùm Cōuentus celebrabitur ad eligendum Generalem, aut ad deliberandum de ijs, quæ ad Generalem ipsum

spectant, terni ex singulis Prouincij veniant; \* Prouincialis vide- licet Præpositus cum duobus alijs, qui fuerint ad hoc negotium in Congregatione prouinciali ele cti: quæ quidem Congregatio in singulis Prouincijs ante generalem, ad hunc finem cogetur.

Conuenient autem & suffragij ius habebunt in ea Professi omnes Prouinciæ, qui interesse poterunt, Præpositi Domorum, at-

que Collegiorum Rectores, ac Procuratores: vel ij, quos tanquam vicarios illi suo nomine miserint. Cùm conuentus ad res alias indiceretur; Præpositus Prouincialis sine congregazione Prouinciæ, duos ex ea eligere poterit pro arbitrio Præpositi Generalis; cuius erit pro occurrentium causarum ratione constituere, num conuentus Prouincialis huiusmodi ad duorum illorum electionem sit cogendus, an Prouincialis sine conuentu eos debeat eligere, prout ei videbitur in Domino expedire.

\* His

B § Prouincia-  
li veniendum esse  
intelligatur, si pos-  
sit: sin minus pro-  
se alium mittet:  
qui magis idoneus  
ei videbitur ex tri-  
bus, quos Congre-  
gatio prouincialis  
elegerit.

C § Quam-

C \* His tribus & generali Congregationi, quicunque in Prouincia remanent suas vices delegabunt.' Quòd si preter duos electos , quosdam alios Præpositus Generalis designaret , vel Præpositus Prouincialis adducendos iudicaret ; eadem erit horum , & aliorum ratio . Sed si Prouincialis præter tres , aliquos eligeret ; plures, quam duos, adiucere non poterit ; ita , vt ad summum quinque ex vna Prouincia veniant.

2 Ex Professis , qui Congregationi intererunt , unusquisque suffragium unicum , solus Generalis duo habebit . Sed si numerus par esset , Prouincialis reliquis præferetur : & si inter ipsos Prouinciales esset paritas ; pars illa , in quam Præpositus Generalis , uel ( si is è viuis excessisset ) iphius Vicarius inclinabit , esset præferenda . Ut enim illis magis est necessarium diuinæ gratiæ auxilium propter munus quod gerunt ; ita sperandum est , Deum ac Dominum nostrum vberius id illis , vt sentiant & dicant quæ ad ipsius gloriam faciant , largiturum .

C § Quamvis qui remanent in prouincijs , suum suffragium in scriptis mittere non possint : tamen , si res fuerit eis communicata , suā sententiam in scriptis transmittent ; & qui veniunt , dicent in Cōgregatio ne generali , quid & alijs sentiant.

IN CA-

AD